

PRECES

Sérviam!

℣. Ad Trinitátem Beatíssimam.

℞. Grátias tibi, Deus, grátias tibi: vera et una Trínitas, una et summa Déitas, sancta et una Únitas.

℣. Ad Iesum Christum Regem.

℞. Dóminus Iudex noster; Dóminus Légifer noster; Dóminus Rex noster. Ipse salvábit nos.

℣. Christe, Fili Dei vivi, miserére nobis.

℞. Christe, Fili Dei vivi, miserére nobis.

℣. Exsúrge, Christe, ádiuva nos.

℞. Et líbera nos propter nomen tuum.

℣. Dóminus illuminátio mea et salus mea: quem timébo?

℞. Si consístant advérsum me castra, non timébit cor meum; si exsúrgat advérsum me prælium, in hoc ego sperábo.

℣. Ad Beátam Vírginem Mariám Mediatricem.

℞. Recordáre, Virgo Mater Dei, dum stéteris in conspéctu Dómini, ut loquáris pro nobis bona.

℣. Ad Sanctum Ioseph Sponsum Beátæ Mariæ Vírginis.

℞. Fecit te Deus quasi Patrem Regis, et dóminum univérsæ domus eius: ora pro nobis.

℣. Ad Ángelos Custódes.

℞. Sancti Ángeli Custódes nostri, deféndite nos in prælio ut non pereámus in treméndo iudício.

℣. Ad Sanctum Iosephmaríam Conditórem nostrum.

R. Intercéde pro filiis tuis ut, fideles spirítui Óperis Dei, labórem sanctificémus et ánimas Christo lucrifácere quærámus.

V. Orémus pro Beatíssimo Papa nostro **N.**

R. Dóminus consérvet eum, et vivíficet eum, et beátum fáciat eum in terra, et non tradat eum in ánimam inimicórum eius.

V. Orémus et pro Antístite huius diocécisis.

R. Stet et pascat in fortitúdine tua, Dómine, in sublimitáte nóminis tui.

V. Orémus pro unitáte apostolátus.

R. Ut omnes unum sint, sicut tu Pater in me et ego in te: ut sint unum, sicut et nos unum sumus.

V. Omne regnum divísium contra se, desolábitur.

R. Et omnis cívitas vel domus divisa
contra se non stabit.

V. Orémus pro benefactóribus nos-
tris.

R. Retribúere dignáre, Dómine, óm-
nibus nobis bona faciéntibus propter
nomen tuum, vitam ætéram. Amen.

V. Orémus pro Patre.

R. Misericórdia Dómini ab æténo et
usque in æténum super eum: custódit
enim Dóminus omnes diligétes se.

V. Orémus et pro frátribus nostris
Óperis Dei, vivis atque defúctis.

R. Salvos fac servos tuos, Deus
meus, sperántes in te.

V. Mitte eis, Dómine, auxílium de
sancto.

R. Et de Sion tuére eos.

V. Réquiem ætéram dona eis, Dó-
mine.

℟. Et lux perpétua lúceat eis.

℣. Requiéscant in pace.

℟. Amen.

℣. Dómine, exáudi oratióem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

Sacerdos, si Preces moderatur, exurgit et addit Dóminus vobíscum, stans etiam dum recitat orationem.

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

Deus, cui próprium est miseréri semper et párcere: súscipe deprecatióem nostram. Ure igne Sancti Spíritus renes nostros et cor nostrum, Dómine: ut tibi casto córpore serviámus, et mundo corde placeámus.

Actiões nostras, quæsumus Dómine, aspirándo práveni et adiuvándo prosé-
quere: ut cuncta nostra orátio et operátio

a te semper incípiat, et per te cœpta finíatur. Per Christum Dóminum nostrum.

℞. Amen.

Omnes dicunt:

Gáudium cum pace, emendatióem vitæ, spátium veræ pœniténtiæ, grátiam et consolatióem Sancti Spíritus atque in Ópere Dei perseverántiam, tríbuat nobis Omnípotens et Miséricors Dóminus.

℣. Sancte Míchaël.

℞. Ora pro nobis.

℣. Sancte Gábriel.

℞. Ora pro nobis.

℣. Sancte Ráphaël.

℞. Ora pro nobis.

℣. Sancte Petre.

℞. Ora pro nobis.

℣. Sancte Paule.

℞. Ora pro nobis.

℣. Sancte Ioáannes.

℞. Ora pro nobis.

Cum adsit aliquis Sacerdos, dignior ait:

Iube, Domne, benedícere.

Sacerdos benedicit:

Dóminus sit in córdibus vestris, et in
lábiis vestris, in nómine Patris † et Fílii
et Spíritus Sancti.

℞. Amen.

℣. Pax.

℞. In ætérnum.

CONCORDAT CUM ORIGINALI
IN ARCHIVO PRÆLATURÆ ASSERVATO.
=DR. ERNST BURKHART.
=ROMÆ, 9 IANUARIII 2012.

Apud Collegii Romani Sanctæ Crucis
Copyright © Prælatora Sanctæ Crucis et Operis Dei, 2012
(*pro manuscripto*)